

Joh. 10. vitam æternam daturum: In hodierno autem status vitæ æternæ de glorificatione Christi in monte factâ aliquâ ex parte nobis præfiguratur. Quapropter eâ diligentiam, quam in declaratione illius adhibuimus, & hodiernum Evangelium dignum judicemus. Docendi autem causâ considerabimus.

I. *Antecedentia glorificationem.*

II. *Modum glorificationis, sive formam.*

III. *Consequentia glorificationem.*

DE I. LOCO.

Et post dies sex, &c. Matthæus summam diligentiam in assignatione hujus historię adhibens, primo mentionem facit temporis, quo Christus fuerit glorificatus: Respicit autem ad illa, quæ ante hodierni Evangelij textum habentur, prædixerat autem Christus: 1. Apostolis suis crucem, & multifariam persecutionem, ut ex Matthæo apparet.

cap. 16.

2. Subjunxerat etiam dulcissimam consolationem, dicens: *Amē dico vobis, sunt quidam de hęc stantibus, qui non gustabunt mortē, donec videant Filium hominis, venientem in regno suo.*

I. Liquet itaq; glorificationem Christi antecessisse, & concionem de cruce, & promissionem de revelatione regni sui.

V S V S.

Notetur in signis *Φιλανθρωπία* CHRISTI:
Doctri-